Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26870
Copyright: Admont, Benediktinerstift



65

Quod dñs solus colendus sit · sic scriptum ē. Dñm dm tuū adorabis · ⁊ illi soli seruies. Item in deutero nomio dic. Non erit tibi dii alii absq; me. Item illic · uidete quia ego sum · ⁊ non est alius dñs p̄ter me. Ego uiuere faciam · percutiam ⁊ ego sanabo · ⁊ non est qui eripiat de manib; meis. Quę comminatio dñi sit ad usus eorum q̄ ydolis seruiunt. In exodo sacrificans diis eradicabitur · nisi domino soli. Item in deutero nomio. Sacrificauerunt demoniis ⁊ non deo. Item apud esaiam. Adorauerunt eos quos fecerunt digiti eorum · ⁊ curuatus est homo · ⁊ humiliatus est uir · ⁊ non laxabo illis.

Iterum. Illis fudistis libamina · ⁊ illis imposuistis sacrificia · sup hec nonne indignabor dicit dns. Item apud hieremiam. Nolite ambulare p̄ dios alienos · ut seruiatis eis · ⁊ ne adoraueritis eos · ⁊ ne irritetis me in operib; eorum manuum uestrarum ad diuiendos uos. Non facile ignoscere dñm ydolatriis · moyses in exodo populo rogat nec impetrat. Precor aut dñm · deliquit populus hic delictum grande · fecerunt sibi dios aureos · ⁊ nunc si dimittis eis delictum · dimitte · sin autem dele me de libro quem scripsisti. Et dixit dns ad moysen. Si quis deliquit ante me · delebo eum de libro meo. Item heremias cum pro populo deprecaretur dnm dm · loquitur dicens. Et tu noli orare pro populo hoc · ⁊ noli postulare pro eis in oratione · quia non exaudiam eos in tempore quo inuocabunt me · in tempore afflictionis suę. Quod sic indignetur dñs ydolatrię ut preceperit eos ita fieri · quod sacrificare ⁊ seruire ydolis suaserit.

In deutero nomio. Et si rogauerit te frater tuus ⁊ filius tuus · aut filia tua · aut uxor tua · quę est in sinu tuo · aut amicus tuus · quod equalis est anime tuę latenter dicens. Eamus ⁊ seruiamus diis alienis gentium · non consentias ei · ⁊ non exaudias eum. ⁊ non parcet oculus tuus super eum · ⁊ non celabis eum an nuntians de illo · manus tua erit super eum in primis ut occideres eum · ⁊ manus omnis populi postremo · ⁊ lapidabunt eum ⁊ morietur · quoniam quesiuit auertere te a domino deo. Et iterum loquitur dns ⁊ dicit. Necnum tam parcendum · etiam si uum usque consenserit ad ydolatriam · aut si audieris in una ex ciuitatib; quas dns dñs tuus dabit tibi habitare illuc dicentes. Eamus seruiamus q̄ diis alis q̄s non nosti · ut faciens necabis omnes q̄ sunt in ciuitate cede gladii · ⁊ incendes ciuitatem igni · ⁊ erit sine habitaculo in eternum · ⁊ non edificabitur etiam nec ut aurum dns ab indignatione ire suę. Et dabit in manum ⁊ miserebitur tui · ⁊ multiplicabit te · si audieris uocem dni dei · ⁊ obseruaueris precepta eius.

Cui preceptum rigoris memor mathathias · ut fecerunt quod ad aras sacrificatum ruit accesserat. Et si ante aduentum xpi dnm colendum · ⁊ ydola spernenda · hec precepta seruauerunt · quanto magis post aduentum dni nri ihu xpi seruandas · quando ille aduenuens nos hortatur sit · pro omnis iniurias ⁊ contumelias · passus · quod ⁊ crucifixus · ut nos patiamur exemplo doceret · et mori · ut nulla sit hominis excusatio · qui se non patienti cum passus sit pro nobis. Et cum ille passus sit pro alienis peccatis · multo magis pro peccatis suis unusquisque pati debere. Et ideo in euangelio comminatur ⁊ dicit. Quicumque confessus me fuerit coram hominib; confitebor